

» presbyteros grecos per eos pro tempore deputatos et eorum sin-  
 » gulos licentia et facultate predictis pacifice frui et gaudere face-  
 » rent, non permittentes eos vel eorum aliquem per ordinarium  
 » loci et plebanos seu rectores ecclesiarum civitatis vel quosecumque  
 » alios deputatos quomodolibet indebite molestari per quasdam man-  
 » daverat; et deinde exposito sibi pro parte tunc patriarche Ve-  
 » netiarum, quod Greci in dicta civitate commorantes orationem  
 » per eos ad laudem Virginis editam, in qua latinos, hereticos esse  
 » temere asserebant (1), non solum publice recitare, verum etiam  
 » in opprobrium eorumdem latinorum imprimi facere presumpse-  
 » rant, et propterea dicti Greci omni privilegio, immunitate et  
 » exemptione eis concessis se reddiderant indignos, cum antea cau-  
 » sam surreptionis et obreptionis literarum Leonis predecessoris  
 » hujusmodi certis tunc expressis judicibus audiendam, et prout  
 » juris foret decidendam commiserat, prefato Altobello episcopo et  
 » nuncio, ut ex tunc de cetero predictos Grecos nullatenus defen-  
 » deret, nec in aliquo de rebus eorum se intromitteret, sed judici-  
 » bus, quibus causam ipsam commiserat, onus eam cognoscendi et  
 » terminandi omnino relinquaret, per alias suas commiserat, ad  
 » audientiam nostram pervento, quod nonnulli ex dictis Grecis non  
 » modo decreta concilii Florentini sub recolende mem. Eugenio  
 » Pp. IV similiter predecessor nostro celebrati negligebant, verum  
 » etiam alios ejusdem nationis illis non adherentes ac omnes lati-  
 » nos hereticos et schismaticos affirmabant, ac censuras ecclesiasti-  
 » cas ab alio, quam a patriarcha greco latus parvi pendentes, omnes  
 » presbiteros Grecos decreta concilii hujusmodi servantes, ab ea-  
 » dem ecclesia s. Georgii expulerant, et ad alia vetita prosiliebant  
 » in divine Majestatis offensam et catholice ecclesie spretum et per-  
 » turbationem. Nos, omnes et singulas causas etiam pretextu qua-  
 » rumvis litterarum apostolicarum quibusvis judicibus, tam ordina-  
 » riis, quam delegatis super promissis et illorum occasione inter

(1) Nel modo stesso, che lo affermavano degli armeni, come s' è veduto di sopra, pag. 39, così nominavano *eretici i latini*.